820

quam supra scriptum Maritum ipsius mori contige-
rit extunc idem Generosus Maritus bona generaliter
omnia morte eiusdem Consortis suae derelicta
cum omni ipsorum jure dominio et proprietate
nullis exceptis tenebit habebit et possidebit. Atque quiete ususfructuabitur ad extrema vitae suae
tempora. Post mortem vero praedicti Mariti sui bona supradicta generaliter omnia atque res in universum
omnes ad successores memoratae Consortis suae sine
quavis contradictione successorum eiusque Mariti sui
redire debebunt. Praesenti recognitione ad ipsos
omnia mediante.

Ostrowski Krasickie Quietat.

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Petrus
Ostrowski sanus mente et corpore existens a jure
Dispositionibus juribus jurisdictionibusque suis quibus
vis exemptus et competens recedendo praesenti bono
Jurisdictioni Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad actum
praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subjiciens palam libere publiceque per expressum recognovit.
Quia ipse Generosum Martinum Constantinum Krasicki Pocillatorem Terrae Premisliensis eiusque Posteros
de summa Quinque Millium Florenorum Polonicorum per
eundem Generosum Krasicki Pocillatorem Premisliensem
eidem sibi Reponenti coram Actis Terrestribus Premisliensibus
vel aliis quibuscunque authenticis Regni mo-
do simplicis debiti seu alio quovis titulo
ad

029

ad solvendum inscripta iam vero realiter per se Rzyntem de manibus eiusdem Generosi Krasicki levata tum de eadem summa ipsa Inscriptione, nec non Causa et actione iudiciaria ratione non soluti summae supradictae Quinque Millium Florenorum Polonicalium quoad Iudicium et Officium Regni instituta et intentata Processibusque Iuris quibusvis ac Decretis poenisque Bannitionum ac earum publicationibus et approbationibus in Officio seu Iudicio praesenti vel alio quovis Iudicio et Officio Regni obtentis et publicatis totoque antecedenti et subsequenti Processu in quocunque puncto et gradu Iuris ad diem actus praesentis depedito et intercesso quietat, emittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat. Inscriptionem supradictam debitoream tum Causam et actionem iudiciariam, Processus, Decreta, poenas Bannitionis earumque publicationes atque approbationes in toto et totaliter cassat, mortificat et annihilat, sibi suisque posteris silentium perpetuum imponens ratione eorum omnium.

Actum in Castro Premysliensi feria sexta ante festum Exaltationis Sanctae Crucis proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo Quinquagesimo Nono 12/IX 1659

Malawski Conventui PP. Dominicanorum Mosciscensis.